


EVCLIDIS MEGARENSIS GRAECI PHILOSOPHI, GEOMETRICORVM ELEMENTORVM LIBER SECVNDVS.

Euclides ex Campano.

Parallelogrammū qd
Parallelogrammū
rectangulū.




Circa parallelogrammū rectangulum, sub duabus lineis angulū rectum ambientibus dicitur contineri.

CAMPANVS. Parallelogrammum, est superficies æquidistantium laterum. Parallelogrammum rectangulum, est superficies æquidistantium laterum habens omnes angulos rectos, & producitur ex uno duorum laterum eius ambientium unum ex suis angulis, ducto in reliquum, & ideo sub illis dicitur contineri.

Omnis parallelogrammi spatij ea quæ diameter secat per medium parallelogramma, circa eandem diametrū consistere dicuntur. Eorum uero parallelogrammorum quæ circa eandem diametrum consistunt, quodlibet una cum supplementis duobus, gnomon nominatur.

CAMPANVS. Quæ parallelogramma dicuntur consistere circa diametrū, & quæ sunt supplementa, expositum est supra in demonstratione 4^{ta} primi. Sit enim parallelogrammum $abcd$, cuius diametrū ad diuidant duæ ef, gh , ductæ lineæ æquidistantes lateribus oppositis dicti parallelogrammi secantes se super diametrū ad , in puncto k , erit ipsum parallelogrammum diuisum in 4 parallelogramma. Et unum quodq; duorum parallelogrammorum quæ sunt $agek$ & kfh , quæ diameter secat per medium, dicitur consistere circa diametrum. Reliqua duo quæ diameter non secat, dicuntur supplementa cum utroque dictorum parallelogrammorum consistentium circa diametrum componunt figuram quandam qui gnomon appellatur, cui deest ad complementum parallelogrammi, parallelogrammū unum reliquum circa diametrum consistens, quod si addatur, supra diametrum totalis compositi consistet, eritq; simile totali. Unde parallelogrammum addito gnomone quamuis crescat, minime tamen alteratur, quemadmodum dixit Aristoteles in prædicamentis.



Supplementa.
Gnomon

Eucli. ex Zamb.

Parallelogrammum rectangulum.



Circa parallelogrammū rectangulum, sub duabus rectis angulū comprehendentibus rectis lineis dicitur contineri.

Quid gnomon.

Prop. 1.

Omnis parallelogrammi * loci eorum quæ circa dimetientē illius sunt parallelogrammorum unumquodq; cum binis supplementis gnomon uocetur.

Eucli. ex Camp.

Propositio 1.



Si fuerint duæ lineæ quarum una in quotlibet partes diuidatur, illud quod ex ductu alterius in alteram fiet, æquum erit ijs quæ ex ductu lineæ indiuisæ in unamquamq; partem lineæ particulatim diuisæ rectangula producentur.

CAMPANVS. Lineam in aliam lineam ducere, est supra terminos unius earum duas lineas orthogonaliter alijs æquales erigere, & superficiem æquidistantiū laterum rectangulam complere, quæ sub illis duabus lineis per diffinitionē dicitur contineri.

Sint duæ

Lineam in alia
ducere quid sit.